



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 57. Ambasiani Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

geimo die trigesima prima Julii animam Sæcul. XVI. A.C. 1550.  
Deo reddidit, in sua Cathedrali Eccle-  
sia sepultus. Vulgabatur Venetis lite-  
ris quoddam hujus Cardinalis poema,  
cui titulus: *De raptu Helenæ.*

## §. LVII.

*Ambasiani Cardinalis obitus.*

Denique sextus inter eos, quos sacrum Ciac. p. 707. Frizon, Aubery, Ughel, loc. c. Sanmarth. Gall. Christ.  
Purpuratorum Collegium hoc an-  
no luxit, erat Georgius de Ambasia  
natione Gallus, ac celebris Cardinalis  
itidem Georgii de Ambasia Rothoma-  
gensis Archiepiscopi, primique Franciæ  
Ministri Nepos. Is Patrem habuit Jo-  
annem de Ambasia Dynastam de Buffy  
Normanæ Provinciæ Proregem, Ma-  
trem vero Catharinam de sancto Belino,  
ex quorum connubio pariter procreati  
fuerant Godefredus Cluniacensis Ab-  
bas, Jacobus Ambasianus Dynasta, &  
Joannes Episcopus Lingonensis. Ha-  
buit Georgius jurisprudentiæ Magistrum  
percelebrem Philippum Decium, qui  
eidem suum *de rescriptis* commentarium  
nuncupabat. Primum ille fuit Ecclesiæ  
Rothomagensis Canonicus, postea The-  
saurarius, & Archidiaconus, Abbas Do-  
lensis, ac denique Rothomagensis Ar-  
chiepiscopus. Defuncto Patruo hujus  
urbis Archipræsule a capitulo Cathedra-  
li

**Sæcul. XVI.** drali Anno Salutis millesimo quingen-  
**A.C. 1550.** tesimo decimo in Succesorem postula-  
 tus veniam ætatis, cum non nisi vige-  
 simum tertium annum tunc ageret, a  
 Sedis Apostolicæ Legato obtinuit, ejus-  
 que postulatio Romæ in publico Purpura-  
 torum senatu confirmata fuit, ineunte au-  
 tem Mense Augusto Año post Christum na-  
 tum millesimo quingentesimo undeci-  
 mo admissus, hujus Archiepiscopalis  
 Ecclesiæ possessionem per Procuratorem  
 Mense Novembri nactus est, demum ve-  
 ro die undecima Decembris Anno Chri-  
 sti millesimo quingentesimo decimo ter-  
 tio Gallione inauguratus octavo post die  
 cum ingenti pompa in sua Ecclesia Cathed-  
 rali excipiebatur. Tandem ad Galliarum  
 Regis preces die decima sexta Decem-  
 bris Anno Domini millesimo quingen-  
 tesimo quadragesimo quinto a Paulo III.  
 purpura decoratus Cardinalis tit. SS.  
 Marcellini & Petri nominatus est: an-  
 no autem sequenti Cardinalitium pile-  
 um in Bituricensi Templo ad S. Stepha-  
 num recepit. Romam is venerat, cum  
 idem hic Pontifex vivis eriperetur,  
 ubi interfuit comitiis, in quibus Julius  
 III. creabatur. Celebravit insuper Ro-  
 thomagi Anno Salvatoris millesimo  
 quingentesimo decimo quarto Provin-  
 ciale Concilium, necnon in reparanda  
 atque ornanda Ecclesia sua ingentes  
 pro-

profudit expensas. Obiit in eadem Diœ-  
 cesi sua die vigesima quinta Mensis Au-  
 gusti hoc anno reparatæ salutis millesi-  
 mo quingentesimo quinquagesimo, &  
 ejus cor Pontifaro in Franciscanorum  
 coenobio depositum, corpusque in Ec-  
 clesia Rothomagensi haud procul ab Al-  
 tari majori in Patru sui tumulo condi-  
 tum fuit.

## §. LVIII.

*Mors & Historia S. Joannis  
de Deo.*

Eodem hoc anno mortalitatem exiit *Rayn. ad an.*  
 sanctus Joannes de Deo sacrae Fa-  
 milia ab Hospitalitate nuncupatae Fun-  
 dator. Natus is erat die octava Martii  
 Anno Christi millesimo quadringentesi-  
 mo nonagesimo quinto ex parentibus  
 pauperibus, ac ignobili genere or-  
 tis Montemajoronavi, quod exi-  
 guum quidem Lusitaniæ oppidum, Co-  
 mitatus tamen titulo insignitum in Al-  
 teneiana Provincia Eboriensis Diœ-  
 cesis situm est. Educabatur Joannes a  
 suo Patre nomine Andrea Ciudado, ejus-  
 que Matre, cujus nomen ignoratur, in  
 assiduo pietatis exercitio usque ad octa-  
 vum, vel circiter nonum ætatis annum,  
 quo juvenis a quodam incognito Sacer-  
 dote, quem parentes in sua domo ho-  
 spitio